

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema XXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

THEMA XXVI.

2. Reg. 22. vers. 1. 8. ad finem.

*Commendatio Regis Iosiae nomine pietatis: Et promisi⁹
Domini facta regi Iosiae, de morte prematura, ne videat
mala, &c. Eadem extant 2. Paralip. 34. v. 27.*

DISPOSITIO.

Non sine causa Syrach 49. v. 1. nomen Iosiae dicitur esse in instar fragrantissimi odoris, quia memoria insignis pietatis illius semper recens est, & durat in sempiternū: sicut odor fragrans non cito euaneat. Ideoque Salomon Eccl. 7. v. 2. afferit, famam honestam esse præstantiorem balsamo optimo.

Commendatur enim Iosias pietatis ratione, quod puer adhuc quæsierit Dominum, 2. Par. 3. 4. vers. 9. adeoque ex toto corde omnibus usque viribus conuersus fuerit ad Dominum. 2. Reg. 23. v. 25. ut similis ipsi non fuerit ante eum rex: minus vero post eum.

Et quia à laudatis laudari laus est vera: ecce ipse Deus commendat, his quæ legimus verbis, hunc regem, & præmium pietatis promittit.

Hæc itaq; duo iam considerabimus.

1. Commendationem pietatis Iosiae.
2. Præmium pietatis quale ipsi promissum.

I. Pars.

Quid igitur commendat Dominus in rege Iosia? Quod sanctus fuerit & absque peccato? Non. Habet enim is etiam suam particulam carnis & veteris Adami in sinu. Aut quod monasteria fundauerit & dotauerit? Hoc olim omnium fere maxime commendarunt in principibus & illustribus personis, hi qui spirituales dicebantur. Vel quod secessit in etremum, & abiecit sceptro induit cœcum? Nihil horum. Quid igitur: Audies hic tria, quæ tamen cohærent.

1. Quia

1. Quia auditis verbis voluminis legis, molle fuit cor tuum. Huc referenda ea, quæ supèa v. 16. leguntur, quod videlicet inuenio libro legis Mōsaicæ) qui hactenus ne-glectus & amissus iacebat in templo) rex curauerit mox illum legi per Saphan scribam. Audiens itaque Rex magna-
nas Dei comminationes aduersus inobedientes, mox agnouit, quantopere hactenus sub patre Manasse idolo-
latra fuerit peccatum. Nec fecit idem, quod de parte ipsius & populo in genere legitur. 2. Pat. 33 vers. 10. Quan-
do loquutus est Dominus ad Manasse, & ad populum il-
lius per Prophetas, illi noluerunt attendere. Hic vero at-
tendit & apposuit ad cor.

Non fuit pertinax & induratus, sed penetravit hoc, quod audierat, ad intima cordis penetralia. Esistim tief
zu herzen gängen.

2. Deinde hoc additur: humiliatus es coram Domi-
no, auditis sermonibus legis contra locum istum, & ha-
bitatores eius, quod in desolationem & in maledictionem
futuri.

Quia audiuit illas grauissimas comminationes & hor-
renda supplicia Leuit. 26. & Deut. 28 non dixit sicut illi,
Esa. 28. v. 10. Manda, remanda, &c. Läßi herfahren Esa. 5.
Item pactum cum inferno fecimus. Esa. 28. v. 15. Sed
agnouit Dominum sic irritatum, ut nihil praeter maledi-
ctionem illam Deut. 28. vers. 45. atque ~~mavoλespico~~ sit ex-
spectandum: & timuit ne illud malum antefores esset.

3. Sed & scidisti vestimenta tua (quod factum legitur
supra versu 11.) præ animi dolore, & fleuisti coram me.
Hoc est, doluisti ex animo, tantis peccatis Deum tuum
fuisse offensum, & multis lachrymis poenas mitigari &
auerti periisti. Sicque vere cor poenitens ipso facto osten-
disti.

Locvs. Hæc sunt, charissimi, quæ placent Deo, & quæ
præmia habent huius & futuræ vitæ.

1. Verbum Domini sicut audire, ut penetret ad cor, sicut
de his Act. 2. v. 37. legitur.

Non

Non enim simplici audiū contentus est Dominus, sed
beati qui audiunt & custodiunt in corde puro. Luc. 8. 1.
deo plerunq; coniungūtur, audire, ad cor recipere, custo-
dire, seruare. Deut. 6. v. 6. & 8. v. 1. Joan. 14, ver. 21. 23. 24.
Roman. 2. v. 13.

Quidigitur respondebunt Deo in extremo iudicio, qui
ne quidem audire voluerunt. Jer. 25. v. 3. & 19. in fine.
Esa 30. v. 9 & 42. v. 10. Jer. 6. v. 10. & 7. & 13. v. 11.

2. Deinde placet Deo illa humiliatio, quando audi-
entes grauissimas Dei comminationes, & considerantes
peccata nostra, quibus iram Dei in nos concitauimus,
constristamur in corde & compungimur.

Placet enim illi spiritus contribulatus. Psal. 51. v. 19. E-
sa. 57. v. 15. & 66. v. 2.

Pertinet hoc ad primam p̄nitentiaē partem, contri-
tionem Coarctatur David. Cor percussit. 2. Sam. 24.

Quomodo igitur placebunt Deo, qui plane nihil mo-
uentur, cum audiunt de peccatis & ira Dei, & hi de quib.
Esa. 2. v. 9. Prædicauerunt peccatum sicut Sodomitæ. Et
securi illi Esa 5. v. 19. Läß her fahren/ur. Vide Jer. 5. v. 3. &
9. v. 5. Es ist ihuen lendlt / daß sie es nicht ärger machen
können. Et Jer. 13. v. 23. & 24.

3. Vehementer delectetur Deus precibus illis & la-
chrymis eximo corde effusis: quibus ira illius auerti aut
mitigari potest. Tales profudit David Psal. 6. v. 7. & 42. v.
4. Jer. 14. v. 17. Theren. 2. v. 11. & 18. lachrymæ cordis.

Néque vero opus hodie, ut scindamus vestimenta: sed
scindite corda vestra, ait Propheta Joel. 2. v. 13.

Quomodo igitur stabunt illi qui rident, cum argu-
ent de peccatis, & gloriantur in malitia. De quibus Jerem.
31. v. 13. egregius extat locus: exultant & latrantur cum
male egerunt. Væ illis.

Possunt hæc omnia explicari latius & pluribus confi-
smari dictis, quæ passim sunt obvia in prophetis.

II. Pars.

Audiuiimus commendari pietatem Josæ. Nunc se-
quitur

quitur præmium Ego audiuī precessuas, & colligam te
ne videant oculi tui mala, &c. Hæc verba peculiari Dis-
positione illustrata sunt supra in 1 part. huius Promptua-
rii, Clasœ I V. Numero XII. illuc lectorum breuitatis cau-
sa remitto. Vide pag 289.

THEMA XXVII.

Hiob. I. v. 21.

*Nudus egressus sum ex utero matris, nudus reuertar.
Dominus dedit, Dominus abstulit. Sit nomen Domini be-
nedicatum.*

DISPOSITIO.

D. Chrysostomus patientiam Hiobis suis auditoribus
oppositurus, sic alicubi exclamat: O nobilēm beatamque
animam, & patientiam magnam, nihil sublimius haben-
tem. Profecto dilectissimi, confundor spiritu, conscientia
turbor, in his coronam videntes Job.

Non igitur sine causa Hiobus & pietatis, Job. I. vers. 1.
Ezch. 14. v. 14. & singularis patientiae nomine, Jac. 5. v. 12.
commendatur. Etenim cum is una quasi hora, omnibus
bonis atque opibus, liberisque simul chatissimis, misera-
bilium diuinum ruina oppressis, obrutus fuisset, non tantum
illud equissimo animo tulit, sed etiam insuper Dominum
celebravit atque collaudauit.

Admiranda sane hæc patientia describitur in his ver-
bis, quæ charitati vestra prælegimus, ubi additur: In o-
mnibus his non peccauit Hiobus, neque frustrum quid
contra Deum loquutus est.

Quæ vero tantæ patientiæ causa? cum alioquin in ram-
gravi casu hæc vix cadere possit in hominem. Consolatio
quam Hiobus in promptu habuit, eaque duplex, facit, ut
hunc casum tam patienter tulerit. Hoc itaque executa-
mus, ut non tantum patientiam Hiob audiamus. Iac. 5. v.
10, sed etiam imitari discamus.

I. Con-

Domini
uro. Lue. 1.
ecipere, cito
ver. 21. 2. 3.nojudicio,
& 19. infi-
ii.ando audie-
considerato
ocitauimus

d. 15. v. 19. E

tem, coni-
sum 14.stentib[us] mo-
ribus quib[us].Sodoma. Et
videjet. 5. x. 3.

et degen mala

ibos illi &
illius auctor16. v. 7. & 21.
m[od]i cordi

vestimenta

et, cum argu-
tib[us] sensi-
latantur cu-ploribus cood-
perbit.

Job. Nanc

cum

BLB